

GRATVS MILES GERMANVS.



**G**Ratus miles quidam Germanus, magnæ estimationis sub Caligula Romanorum Imperatore quarto stipendia fecerat, atq; etiam ordines aliquos suorum popularium ductabat. Nulla enim alia gens erat quæ armorum gloria tam superba & auida fuit, atq; Germanorum. Nam illi patrio solo non cōtenti, ad remotissimas orbis prouincias militatum abiere. In rebus etiam bellicis adeò præcellerunt, ut Romani Imperatores, & ante illos quoque Asiæ reges, ipsos stipendio conductos in militiam ascuerint, corporis custodes adhibuerint atque sine ipsorum auxilio nullum ferè bellum prosperè confecerint,